Fragmentarium

et in locis que oportuna videbantur
inserere. Fortassis enim ille vene
randus vir sanctus Willibaldus qui vi
tam beati Bonifacii in primis scrip
sit. virtutes ei multas. epistolasque nes
ciens preter misit. Sed mihi conside
ranti litteras omnes quas de eo habe
tis. in nullis causis maior tanti pre
sulis auctoritas. quam in epistolis
ab ipso vel ad ipsum directis vide
tur esse. Ibi namque aptissime in
spicitur. quanta veneratione pri
mitus fuerit susceptus a romano pon
tifice. qualiterque eum ordinatum
miserit ad predicandum cunctis ger
manie populis. quanto etiam labore
eandem germaniam ad fidem Christi con
verterit. et quod non solum a paganis et he
reticis. sed etiam a pseudochristianis
et perversis sacerdotibus eam velut a
luporum morsibus eripuerit. quantam
gratiam a francorum principibus
Karlomanno scilicet et pippino
obtinuerit. qui postquam eum ecclesie
mogontiacensi presulem decreve
runt. eandem que prius alteri ecclesie
subdita erat. pro illius amore simul
et honore. metropolim toti ger
manie apostolico pontifice consentien
te effecerunt. quot sedes episcopa
les statuerit. que privilegia quibusdam
ecclesiis optinuerit. postremo et illud
ibi speculatur quod vobis in proprio est.
quomodo corporis sui locum. cenobi
um videlicet vestrum possessionibus
[et] decimis specialibus sublimaverit.
Tanta igitur auctoritas licet
[mo]dernis quibusdam sacerdotibus
[vi]lletur. contingent tamen eis in
[...]nonum dampnationis quod scienter
[ter]minos antiquos et sanctorum patrum
[decr]eta non debere transgredi dissimo
[...]e transgrediuntur. obliti ver
[bor]um illorum. que dominus ad electos pasto
[res] et doctores in evangelio dicit. Qui
[vos] audit me audit. et qui vos spernit
[me sper]nit. Neque enim hec verba de prece
[de]ntium temporum rectoribus solum

dicta sunt. sed etiam de illis qui usque
ad consummationem seculi ecclesiam sanctam
sunt recturi non destructuri. Nam
de destructoribus et perversis pastoribus
dominus alibi dicit. Ve vobis legis peritis
qui tulistis clavem scientie. et ipsi n[on]
introistis. nec alios intrare permisistis.
Et iterum. Ve vobis ypocrite. qui deci
matis mentam et anetum et ciminum.
et graviora legis precepta reliquistis.
hoc est iudicium. misericordiam et fidem.
Hec oportuit facere. et illa non omit
tere. Multa quoque in ezechielis prophete
scriptis de huiusmodi pastoribus dicuntur.
Sed placet ut interrogem eosdem pastores.
quomodo velint sua roborare. si prece
dentium patrum statuta iudicaverint
esse destruenda. ut quomodo edificium
suppositum stare possit. si fundamen
ta eius sunt eicienda. Fundamenta
namque sancte ecclesie primi patres fuere
sicut scriptum est. Fundamenta eius in
montibus sanctis. Quicumque igitur lapidum
super positorum fundamenta talia sequi
dedignatur. de edificio celesti eli
minatur. Ad hec etiam dicam quoddam
argumentum. quod omnibus constat notum.
Siquis itaque ditionis sue silvam exstir
pandam pagentura aggreditur. quan
tecumque longitudinis et latitudinis
voluerit agros exinde sibimet ine
titur. alius vero non eas sed quas vult mensura par
titur. habens potestatem unicuique pro
ut vult dividere. Cumque hoc ita esse
ab omnibus sciatur. cur rogo ignoratur.
quod primi principes ecclesiarum. apostoli scilicet
omnesque qui eorum vestigia sequentes uni
cuique genti sacram fidem primitus tradide
runt exstirpatis errorum variorum silvis.
in quibusdam populis ac provinciis potestatem
habuerint possessiones vel decimas que
sibi contingebant illi et illi ecclesie dona
re. quando quidem iuxta sanctorum canonum
decreta decimas in .iiii. portiones di
videntes. unam sibi alteram clericis
terciam pauperibus quartam restaurandis ec
clesiis tradiderunt. Ni[si ...] avaricie
sue tantum consulen[tes ...]oe

License: cc-by-nc – Solothurn, Staatsarchiv, R 1.1.17, 1v – Fulda Legendary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8d5q/1590/19802)